

Sigismundi regis confirmatio et innovatio literarum propter vetustatem ad summas introductas.

157

Sigismundus Dei gratiâ rex Poloniae, magnus-
dux Lithuanie, Russiae, Prussiaeque & doming
et heres. Significamus tenore presentium, quibus expedit universis, quomodo constitutus-
personaliter coram nobis generosus Nicolaus
Missopath castellanus Gemtuchoviensis produ-
xit binas literas pergamenas tenoris infra-
scripti, petens humiliter, ut eadem ob eorum
vetustatem innovare, approbare, ratificare, et
confirmare dignaremur, quarum tenores de
serbo ad verbum sequuntur et sunt tales.

Hadvigis Dei gratiâ regina Poloniae & Signi-
ficamus tenore presentium, quibus expedit
universis, quod consideratis fidelibus servitiis,
nobis per Johannem de Hornin nostram fide-
lem dilectam studiose exhibitis et in posterum
exhibendis, quorum contemplatione volentes
sibi gratiam facere specialem, et ad nostra
servitia propensius reddere promptiorem, sibi
et suis heredibus in et super villa nostra
Harthlowa in Districtu Biicensi sita, certum

centum sexagenas sexaginta grossos in sexage-
nam quamlibet computando, deputavimus, assi-
gravius, et donavimus, ac deputavimus, assi-
guamus et donavimus per presentes, ita quod
idem Johannes et sui heredes villam eandem
Bartholomaeam tenendam, possidendam, et uti fru-
endam, cum eius universis utilitatibus, censi-
bus, redditibus, proventus, et pertinentiis
plenam habebunt potestatem tandem, quous-
que sibi vel eisdem suis heredibus praedicta
centum sexagens per nos vel nostros succes-
sores fuerint ex integro persolutas: harum,
quibus sigillum nostrum est subappendum
testimonio literarum. Datum Cracoviae in octa-
va sancti Martini confessoris, anno Domi-
ni millesimo trecentesimo nonagesimo sexto.

Wladislaus Dei gratia Hungariae, Poloniae,
Dalmatiae, Croatiae & rex Lithvaniceque prin-
ceps supremus et heres Russiae & Significa-
mus tenore presentium quibus expedit univer-
sis presentibus et futuris presentium notiti-
am habituris, quod nos pensatis fidelibus ob-
sequiis et meritorum integra fidei prestamus
generosi Stanislaus Czuykla de communari niti-

militis nostri fidelis sinceris dilecti, qui acta
 et opere in eisdem complacendo nobis ces-
 sit ingratum, et presertim in presenti pro-
 secutione negotiorum nostrorum, regni huius
 nostri Hungariae, et rebellium nostrorum com-
 pressionem nobis in armorum apparatus,
 gratas exhibendo famulatus. Ut igitur hoc
 intuitu favorem liberalitatis agnoscat, et
 proinde ad horum ampliora servitia prom-
 ptius exhibenda incandescat studio ampliori, si-
 bi in et super villis nostris Hartlowa,
 et Glamboka in districtu Biiccensi sitis, tre-
 centas marcas monetae et numeri Polonicae
 lres consuetas, in marcam quamlibet qua-
 draginta octo grossos computando inscribimus,
 assignamus, damus, donamus, et largimur gra-
 tiose tenore presentium mediante, per ipsum
 Stanislaum et eius successores legitimos te-
 nendum, habendum, regendum, quiete et pa-
 cifice possidendum cum omnibus et singu-
 lis earundem villarum utilitatibus, fructi-
 bus, censibus, proventus, redditibus, exactio-
 nibus, laboribus, agris, pratis, campis, pascu-
 is, sylvis, borvis, gais, nemoribus, mericis, rube-

rubetis, virgultis, fluvii, fluminibus, lacubus, sta-
gnis, piscinis, piscatoriis, aquis et earum decur-
sibus, molendinis, emolumentis, venationibus,
aucepationibus, mellificiis, ac aliis obventioni-
bus generaliter universis quibuscumque di-
cantur nominibus ad ipsas ab antiquo spe-
ctantibus, tam diu, quousque per nos aut
nostros successores sibi aut suis successori-
bus legitimis predictas trecentas marcas fu-
erint integraliter persolutas. Quo facto dicta-
rum villarum possessio ad nos et succes-
sores nostros revertetur, pleno iure statio-
nibus tamen et iuribus nostris regalibus
solitis et consuetis, per omnia semper salvo:
harum, quibus sigillum nostrum est subap-
pensum testimonio literarum. Datum Bu-
da feria secunda infra octavas Ascensionis
Domini anno eiusdem millesimo, quadring-
entesimo quadragesimo primo. Relatio ma-
gnifici Petri Polak de Wylffu capitanei Bo-
hemiae. Nos itaque supplicationibus dicti
Nicolai castellani Cechoviensis tanquam ius-
tis et rationabilibus gratiose annuentes, pro-
inventas literas in omnibus eorum punctis

earum punctis, clausulis, et articulis, conditio-
 nibusque universis ratas, et gratas, habent
 de consensu consiliorum nostrorum in-
 novandas, approbandas, ratificandas, et con-
 firmandas. Duximus, innovamusque appro-
 bamus, ratificamus et confirmamus pro-
 sentibus decernentes eadem robur firmum
 habituras. In cuius rei testimonium sigil-
 lum nostrum est subappensum. Actum et
 datum Cracoviae feria secunda intra octa-
 vas omnium Sanctorum, anno Domini
 millesimo quingentesimo quingentesimo, re-
 gni vero nostri nono, presentibus rever-
 rendissimo et venerabilis in Christo patribus
 dominis Joanne archiepiscopo Gnesensi et
 primate, Joanne Cracoviensi, Petro Przemysli-
 ensi, et vice cancellario ecclesiarum episcopis,
 nec non magnificis venerabilibus et genero-
 sis Christophoro de Schydlowicz palatino
 et capitaneo ac cancellario Andrea de Chan-
 cym Lublinensi palatino, Stanislawo de Ostro-
 vog Galissiensis, Nicolao de Schydlowicz San-
 dominiensi et thesaurario, Stanislawo de Cho-
 decz mareschalo regni nostri et Leopoliensi capi-

152

capitaneo, Joanne Łatalski Ineznensi, Craco-
viensi, et Lancitiensi, Stanisław Goreczki Ca-
lisiensi, Johanne Gaszkowsky ecclesiarum
propositis secretariis nostris, Stanisław Chrober-
ski vexilifero, incisore, et subpincevna, ac Ni-
colao Ocieski Costensi, Pyzdrensi, et Konin-
capitaneo magistroque agazorum curie no-
strae, ceterisque dignitariis, officialibus, et audi-
cis nostris sincerè nobis et fidelibus nostris
Dilectis circa promissa festibus fidedignis.
Datum per manus prefati reverendissimi
in Christo patris Domini Petri Episcopi Tro-
mysliensis et regni nostri vicecancellarii sin-
cerè nobis Dilecti

Petrus episcopus et vicecancellarius. Relatio eius-
dem reverendissimi in Christo patris Domini
Petri Episcopi Tromysliensis et regni Poloniae
Vicecancellarii.

Ja kopia wypisana z oryginalu pergaminu,
wogo annihilowanego 1758. roku d. 7. Maia
od którego odwołana jest pierzeć.